



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Religiosus Seruiam profectus liberatur ab Herniæ morbo, quo 21. annos fuerat deuexatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

ANno 1594. in Maio Frater Petrus Ghou-
drinus Dominicanus Vallecenensis
Francofordiæ agens : repentinæ cuiusdam
defluxionis violentia loquelam perdidit. Qui-
dam autem celebris medicus Iudæus cum nõ
potuisset omni artis suæ industria ei opem
ferre, eundem, tanquam malo incurabili la-
borantem deseruit. Istis cum opprimeretur
angustijs, animum simul & cogitationes ere-
xit, simulque direxit ad Matrem consolatio-
nis, deuouens se Seruiæ peregrinum in sui no-
minis honorem & debitum seruitium. Ores
admiratione dignissima; voto namque emis-
so confestim & loqui & cantari cæpit : & ita
quidem, vt tertio die perfectæ valetudini re-
stitutus fuerit non sine Prioris sui & Confra-
trum maxima admiratione; & stupore vtpo-
te qui ipsa experientia conuicti conspicerent
eum tam, subito sanitate donatum, quem Iu-
dæus tam celebris medicus & in sua arte ma-
ximè expertus nullo modo iuuare potuerat
spatio sex hebdomadarum. Ita propria manu
conscripsum.

RELIGIOSVS SERVIAM PROFE-
ctus liberatur ab Hernie morbo, quo
per 21. annos fuerat diue-
xatus.

CAPVT LXI.

H 7

FRA;

Frater Franciscus Reussius nunc Vicarius
 gniae Prior ingentes Matri Dei precepit
 gratias, eo quod Seruiam peregrinans liberatus
 fuerit ab Herniae morbo, quo 21. annis
 afflictus fuerat, prout testatur sua tabella.

*MVLIER DVACENSIS PER
 menses grauior afflicta conualescit, sacro
 missa officio eius nomine apud Seruiam facta.*

CAPVT LXII.

Anno 1598. Anno Bardoa Duacensis
 sancti Nicolai parocchia per totos vnde-
 cim menses magnis affecta fuit doloribus,
 quotidianis exhausta vomitibus, ex ore
 scosos ac visu horridos humores eiciens. At
 in his quidem nullum toto illo tempore
 cepit mali solatium ab arte & industria me-
 dicorum quos adhibuit, adhibuit autem plu-
 rimos, idque non sequebatur vndeque que-
 res media tediosa infirmitatis suae expulsa.
 Hisce malorum angustijs exposita ad miseri-
 cordiae Matrem recurrentis, se Seruiam veni-
 ram promissit, si sanaretur. In cuius rei com-
 mationem 25. die Nouembris D. Catharina
 IESV, vi suo nomine factum faceret. Erat
 ab illo die liberata a vomitu paulatim conua-
 luit. Vnde vt accepti beneficij se memorem